



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# Universitätsbibliothek Paderborn

## In Genesis Enarratio

**Chyträus, David**

**Vitebergæ**

**VD16 C 2625**

Capvt XLIII.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-36126**

CAPVT  
XLIIII.

## LOCI.

## I.

**L**vsus Ioseph cum fratribus non ostendit eis fraternam *σοφύλῳ*, pingit mirandas uicissitudines tentationum & consolationum, quas experiuntur sancti in erumnis, ut in Psalmis sepiissime dicitur. 43. Quare faciem tuam auertis, Abscondit faciem suam. Ierem. 33. Abscondens faciem. Mich. 3. Abscondit faciem suam ab eis. Et Matth. 15. Christus Syrophenisse diu paternam faciem & beneuolentiam abscondit.

## II.

De Causa Finali seu utilitate afflictionum, dolorum & sollicitudinum, in quibus fratres Ioseph uersantur: Corripiuntur enim à DOMINO, ne cum hoc mundo damnentur, sed ut poenitentiam agant, & conuersi ad Deum uiuant, ut 1. Corinth. 11. & Ezech. 33. dicitur. Et Esai. 27. In mensura punis eos, & hic est fructus castigationis, ut dimittatur iniquitas domui Iacob, & ut auferatur peccatum eius.

k      TEXA

Scyphus in quo augurari solet,) pro quo auguratus est, id est, de quo diuinatores consuluit, ut sciret, quis eum surripuisset. Alij interpretantur, cogitat amissionem Scyphi, ex quo bibit, esse sibi malum omen.

An ignoratis quod non sit similis mei in augurandi scientia.)

An ignoratis talem uirum, qualis ego sum, certissime ista diuinare potuisse, ut supra 41. Pharao inquit, Nunquid sapientio rem, & similem tui inuenire potero.

## C A P V T XLV.

### LOCI PRÆCIPVI.

#### I.

**V**T Ioseph suam erga fratres φιλοσοφία diutius tegere non potest: Sic paterna σοφία in Deo erga afflictos & consternatos, non perpetuo latet, sed tandem sese exerit, & tarditatem ubertate compensat. Cogitetur autem quanta uis fuerit fratrum